



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**De Rebus Iaponicis, Indicis, Et Pervanis Epistolæ  
Recentiores**

**Hay, John**

**Antverpiae, 1605**

De his, Quæ Hoc Tempore Tam Meaci, Quam Fuscimi Acciderunt. Capvt III.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61204)

ditas, vestibus, quæ pallij loco sunt Iaponiis, breuiariisque in humeros reiectis, ingredi voluere Sacaium vsque: vnde post dies aliquot Ozacam reuerterunt.

DE IIS, QUÆ HOC TEMPORE TAM MEACI,  
QUAM FRANCIMI ACCIDERUNT.

CAPVT III.

**P**. Organtinus simulatque ex puero honorario Farimondoni cognouit mandatum Domini ipsius, Christianum quendam dedita opera amandauit Meacum, vt duos fratres nostros in illa Residentia degentes redderet certiores: cumque postero die, qui erat nonus Decembris, sub meridiem illuc peruenisset, peracerbum hunc nuntium eis attulit: verum illi pro iucundissimo exceperunt, seque mutuo animantes in omnes futuros casus se communiuerunt, atque idem Iusto Vcundono aliisque quibusdam Christianis significarunt; qui ilico ad ædes nostras adularunt, vt vnâ cum fratribus tam honorificam mortem præstolarerent. Ac breui temporis spacio horum numerus accreuit. nã quàm primam rumor inter Christianos percrebuit, mutuis exhortationibus accensi magna celeritate ad nos accurere.

Interea quidam è nostris fratribus spiritu caritatis in proximum, cuius damnum plus eum premebat quàm propriũ, impulsus, prospiciensque in huiusmodi casibus multa arcana prodi per scripta, & ideo posse multorum nobilium baptizatorum nomina perscribi, si ministri iustitiæ in domo literas aliquas reperissent, curauit diligenter omnes, quotquot inueniri poterant, ad nostros ab externis scriptas, quæri & comburi. Paulo post nostri cognouerunt Gibonosium vnum ex Aulæ gubernatoribus & administratorem Meaci, dicti, inferioris, vbi nostra est Residentia, custodes misisse ad obsidendam domum Patrum Franciscanorum, qui etiam in Meaco inferiore habitabant.

Dum hæc aguntur Meaci eodem die, qui fuit nonus Decembris, appellit P. Organtinus, cumque tribus milliaribus tantum distaret Meaco, ex Christianorum consilio præmittit Paulum Amacusam exploraturũ, quo loco res essent. Paulus colloquio habito cum diuersis Christianis redit ad Patrem, eodem loco vbi eũ dereliquerat expectantem; commemorat, quid intellexerit, nempe iram Regis omnem potiùs in Franciscanos Patres quàm in nostros directam: itaque consultum fore, vt Reuerentia sua inibi nonnihil cunctetur, donec magis liqueat rei exitus.

Atque

Atque hinc rursus Christiani renouare cœperunt & peccationes, ut Pater ibi hereret, non modò ob causam allatam, quia considerare deberet, quantum ipsi eius opera in tali adoratione indigerent, atque ita varia media & opportunitates proponebant, quibus delitescere posset. At bonus Pater, qui nihil minus quam vitæ desiderio ardebat, omnes reiecit, dicens: Velle noua tragœdia præcuditur in caput nostrum, vel non. Si non, quomodo me potest abstergere, quo minùs in apertum prodeam? Si resisteret, si nos ad necem designat, an decet ut me abdam, velut mercenarius fugiam? longè sanè id abest à meo desiderio, quod non est aliud, quam ex pastoris Euangelici officio animam meam pro ouibus Christi ad gloriam Dei ponere. Deinde, si omnino me quærit ad necem, quæ potest tam retrusa esse causa in tota Iaponia, in qua non à rabie Taicosamæ inueniatur? Ignoro hæc consilia vestra proficisci ex singulari caritatis affectu, quo in me flagratis; sed ideo satis mihi est, gratias magnas agere pro optima in me voluntate. Adiunxit & alias rationes, quas probabat, iam aduenisse tempus, quo conueniret ad Dei gloriam legis nostræ sanctissimæ honorem, & Reipub. Christianæ salutem. Patres tandem vexillum Christi expromere, & pro prædicandis doctrinæ de cœlo in terram allatæ se palam ostentare: necesse habere se ad hoc instituto aut vano villo meru aut angustia retineri, cum hoc desiderium diuinæ Maiestati sit acceptissimum. Ad hæc ratione P. Organtinus dictorum Christianorum animas committit omnem cogitationem redimendi vitam suam, si forte daretur occasio: quoniam id non esset aliud, quam defugere martirium, quod Dominus Deus noster pro summo beneficio illi ostendisset. Id nihilominus inter eos conuenit: non debere ipsum prodire in publicum, aut aliud quippiam palam moliri, quod Regis voluntate certò & exploratè consistaret: atque hac moderatione Christiani fuere contenti.

Eodem die Meacum aduenit Vfoius à Rege missus, ut nominum Christianorum, qui Patribus Franciscanis fauerent, enumeraret: nullaque mora interposita inquisitione instituit, & catalogum Christianorum, quotquot Meaci erant, nomina descripsit. Quorum primus fuit Iustus Vcundonus, qui nunc ibi sedem suam habet. Hoc perfectò, animaduertens ædibus dictorum Patrum prohibitos custodes à Gibonoscio, & non nostris: adiit ipse Gibonoscium, ei que dixit: Si custodes attributi sunt illis Patribus, quod quòd diuulgent legem suam; attribuantur & Patribus Societatis, quia eiusdem culpæ rei sunt: atque ut faciliùs id hominibus perfluere

deret, nomina quorundam principum virorum edidit, qui à nostris essent baptizati; affirmavitque nostros in prædicandi baptizandique officio longè esse diligentiores, quàm Patres Philippinos. Duabus autem de causis Vñoius hanc rem vñsit: Prima erat, ut si in nostris aliqua culpa hæretet, minor appareret culpa (si modò culpa vlla erat) Patrum Franciscanorum. Altera erat, quia cum pater eius, protector eorum esset, videbat in magnum suum dedecus cessarum, si illi ob noxam aliquam castigarentur, quæ nullo modo in nostris castigata esset. Obtulit insuper illi omnium Christianorum catalogum; postulavitque ut omnibus custodes attribuerentur, ne Rex suæ incuriæ adscriberet, si fortè quis odoratus scriptorum nominum causam fuga elaberetur. Diuina certè providentia factum est, ut Vñoius prius nomina Christianorum in album referret, quàm Gibonosium certiore redderet: nam, cum ipse esset Meacensis gubernator, ægre tulit, Vñoius, se non communito, implicare se suæ gubernationi, eoque ampliùs, quòd ipso esset inferior: itaque homini vehementer succensuit, utpote, quia res attingebat jurisdictionem. Itaque omnibus modis eius acta rescindere conatus est, ac pro imperio illi respondit: Nescis proflus, quid loquere; multo autem minùs intelligis voluntatem Regis: nec enim Regi in mentem venit omnes Christianos trucidare; hoc enim esset ingentem hominum multitudinem è mediò tollere. An tu certò cognoscere potes, qui sint Christiani, necne? tam multi enim hoc tempore occultè sunt Christiani, ut nec ego sciam, num tu sis Christianus, nec tu scias, num ego sim: itaque vide ne rem tam absurdam prosequere. Neque hìc quieuit Gibonosius, sed longiùs progressus subiicit: Et cur quæso in Catalogum tuum retulisti nomen huius? Iusti scilicet, qui erat primus omnium: num res noua est, illum esse Christianum? an later nos, nondum decèniū elapsū, cum Rex ipse facatæ illi mādari iussit, ut eiuraret baptismum, & quoniam non paruit, voluit illi vitam adimere, nisi propter officia varia Regi olim præstita vitam impetrasset, atque ideo tantum status eius in fiscum redactus est? Præterea, nonne constat Regem sepius eum in signum benevolentiæ admisisse in suum conspectum? Quid ergo noui adferes Regi, si nuncios Iustum esse Christianum? Certè nunquam rem hanc tolerabo, nunquam subscribam tali consilio. Ædibus Patrum custodes assignare non conuenit, quia sunt ædes interpretis suæ Excellentiæ, nunc agentis Nangasachi. Fateor, respondit Vñoius, ædes esse illius interpretis, sed semper in iisdem degunt alii Patres, qui diuulgant

suam legem, atque ideo illis idem fieri debet, quod Franciscorum aedibus. Verum non desuerunt Gibonoscio multa, quae in uorem nostrum contra obieceret, & ideo finem dicendi faciens clarè ei indicauit, quandoquidem Taicosama sibi gubernatoris urbis Meacensis & iustitiae huius executionem commisisset, arret vias suas. Scio enim, inquit, & probè intelligo, quid factum sit. His verbis auditis, nullo responso dato, Vfiotius totus confusus & pudefactus domum abiit.

Insequenti die, qui fuit decimus Decembris, Gibonoscius curatiùs & animo minùs obstinato expendens rem totam, curauit custodes quoque attribuendos domui nostrae, non tam iustitia, quam pro ceremonia: licet enim praeterito die de eo arguisset Vfiotium, declarando Regis mentè; tamen ne suspensum videri posset in causa nostra, putauit ita faciendum. eam ob rem quendam nepotem sui Vicarii misit ad domum nostram, rogans quis in ea domo habitaret, & cuius curae subiecta esset? Adhaerenti tanti prodit obuiam vnus. Ego hinc cum alio quodam (is erat frater noster curam domus gerens) habito, què queris? Vocat, respondit ille, socium tuum: volo enim illi loqui. Venit frater; & hinc vultu, vt solet; illum salutauit. Tum iuuenis: Dominus, inquit Vicarius ex mandato Gibonoscii iussit custodes huic domui imponi. Verum quia vultum hominis fidi praeter te fers, qui me non fraudaturus, non videtur mihi opus externis custodibus: tantum mandabo vicinis, vt eius curam habeant. Descripto autem fratre nostri sociique nomine, digressus imperauit vicinis, vt hanc domum custodirent. Morabantur in ea quinque de nostris; sed de illis ita volente, vnus tantum ex iis in scriptum relatus est. Nam quidam diuerterat in aedes vicinas: vbi, dum cum quibusdam nobilibus Christianis ardentè disputat de martyrio, eosque dissolutiorum in hoc argumento quaestionibus ad tam illustre certamen fortiores reddit, Deo omnium rerum prouisore ita disposito in Catalogum militum Christi relatus non est. Alii item tres, qui fortuitò aliis distenti negotiis, corona martyrii exclusi sunt. At ubi didicerunt duos antè nominatos in album relatos, non parum indoluere, quòd tanta felicitate excidissent: ac vnus quidem lapsa quadam inuidia stimulatus pro omnibus à P. Organino postulauit, num expediret sponte adire gubernatorem, & noniam suum prodere. Et respondit Pater, patienter expectarent. eadem enim, qua Rex moueretur ad hanc executionem, adhuc est incertam & dubiam. Si autem res verteretur in confessione facienda, non ipsos modò, sed vnumquemque certatim ad ben-

viuam coronæ in stadio decursuram. At si ratione nauis Tozzanæ hæc tragœdia excitata foret, maturiore consideratione opus futurum: cui responso dicti fratres acquieuerunt.

Vicini, vt mandatò Vicarij facerent satis, custodes domui nostræ adhibere: verùm sicut languidè illa custodia erat imperata, ita seruata est languidiùs: nam cum interdiu vnum alterumve tantum, noctu verò paulo plures gladio & hasta armatos excubitores adhiberent, placidissimè tamen cum nostris egerunt.

Rex hoc ipso die cum ageret Fuscimi, eiq̃ue præstò esset Giboscius & Gemonogius, ambò Meacenses gubernatores, (superioris partis alter, alter inferioris) Fascegaua quoque cum filio Vfoio, aliique permulti, cœpit inuehi in vtrumque gubernatorem ob nimiam licentiam in annuncianda lege Christiana, baptizandisque multis hominibus contra edictum suum à Patribus Philippinis & nostris usurpata. Ipsi verò, vt se purgarent, & extemplo vindicarent se contra Fascegauum & Vfoium, qui Regi inculcarant à nostris magnam hominum turbam sacris aquis expiatam, responderunt, id verum quidem esse de Patribus Franciscanis, sed non de Patribus Societatis: se, quoniam libertas tanta eis videretur insolita, dictos Franciscanos commonesecisse, licet frustra: eos respondisse per Fascegauam facultatem prædicandi à sua Excellentia se impetrasse: itaque cum ille patrocinium illorum suscepisset, sibi quoque visum fuisse hoc probabile, atque ita totum onus in Fascegauam transtulisse. Quod autem ad Patres Societatis attinet, aiebant, se certò scire, nihil eos contra suæ Excellentia edictum molitos. Studiòse quidem sæpenumero se in illos inquisiisse, sed nihil admodum deprehendisse. In huius rei testimoniũ (licet esset falsum, tantumq̃ue purgandi causa prolatum) Giboscius produxit epistolam à Tarazauandono Gubernatore Nagasachano missam, in qua scribebat Patres Societatis in illis partibus in propaganda sua fide esse admodũ parcòs & quietos. Quæ epistola audita, ostendit se nihil habere contra Patres in iis regionibus degentes, credebatq̃ue P. Organtinum esse, qui, vt Fascegaua & Vfoius affirmabant, contra legem suam deliquisset, & Tarazauandonus idem in dicta epistola innuebat his verbis: Quod ad me, inquit, attinet, omnem operam inpendo, ne Euangelij cursus suum habeat processum. Vos autem cura ista vacui cursum illius non inhihibetis. Verùm Gubernatores, hoc postremum dictum, quod erat contra ipsos, non probarunt: probarunt autem, quod faciebat pro ipsis: atq; ita nos culpa omni liberãdo, omnem culpã (impie vocantes culpã, studiũ sanctum disseminandi diuinũ

Euangelium) in humeros Patrum Franciscanorum reiecere  
sui, vt dicebamus, tuendi, Falsæque & Vthiosæ accusa-  
causa, tum quia in accusationem dictorum Patrum conuerti  
vt è Iaponia pellerentur.

Causa autem hanc epistolam scribendi Tarazauondono  
fuit: Superiori anno, cum versaretur in aula, & intelligeret Patres  
Franciscanos libere prædicare & baptizare, visura erat ei ea de  
commonefaciendum Regem; maximè, quòd iam quidam patres  
essent ad eos accusandos; quæ res nõ poterat nõ in damnum  
nostrum cedere. Et ideo ex amore, quo nos prosequitur, conatus  
periculum nobis impendens auertere; & primò admonuit  
Patres, viderent, quid agerent: deinde videns se nihil effectum  
etiam epistolam dedit ad Gibonosium, vt data occasione is can-  
geret Regi. Et ideo ea oblata Regi quoque nunc prælegit.

Deinde vndecimo Decemb. hoc est, die sequenti, Rex, cum  
tineretur in spectandis sui palatii ædificiis, aduocauit Gibo-  
scium, eique mandauit, vt morte multaret omnes Patres; qui  
spondit se promptè imperata facturum, & sic recessit.

Tunc Iaponio cuidam, qui præstò aderat, in mentem ven-  
tiam quandam suam Christianam, nomine Mariam, humi-  
reddere certiorum; veritus, ne illa etiam è medio tolleretur, quia  
tiles enim nullum discrimen faciunt inter Patres & Christianos  
sed quemque Christianum appellant Patrem) atque ita Fulgencium  
vbi ipse erat, Meacum, vbi illa degebat, trium millium interuallum  
disiunctum, hanc exarauit epistolam.

Hodie, dum ædificia sua spectaret, Rex magno furore impetu-  
uit, vt Patres omnes, nullo excepto, interimerentur. Miseretur  
tui, quæ Christiana es, & idcirco volui tibi id hac epistola par-  
tere. Mulier fortis hoc nuncio nihil turbata est, sed hilari vultu  
Deo gratias egit, animoque inuicta se ad tam illustrem coronam  
comparauit: ac vestes etiam quasdam, vnà cum filiola adoperata  
deceni, nomine Gratia, (cui, ceu pia mater, omnia bona operata  
seposuit, quibus decenter indui posset, si quando agenda esset  
crucem. Et certè illa non modò ea in re animi sui robur demo-  
strauit, sed etià studiosè procurauit, vt desiderio effectus respon-  
deret. nam Christianis quibusdã ibi presentibus dixit hæc verba  
Ego sum parata mori pro sancta nostra fide: verum quia femina  
sum, (quæ à natura timidior est) haud scio, num animi sui, aspectu  
nudæ crucis, abiectura; quare vos obnixè obtestor, ne lapsum co-  
lent in me toleretis, sed etiam renitentem vi pertrahatis ad carni-  
fices, vt cum reliquis martyr hac vita excedam.

Eadem M A R I A deinde periculum factura, num desiderium filioꝝ Gratiæ, quæ optabat eandem subire aleam, esset solidum, & non puerilis potius ardor: dixit ei, se velle ipsam amandare ad suum Patrem, (qui tunc in alia quadam vrbe degebat) vt extra omne periculum esset. Illa autem vberrimè cœpit lacrymari, dicens: Quid hoc est? nonne ego sum baptizata? Certè si Christiani omnes moriuntur, egone velim viuere? Ex quo responso Maria non solum cognouit Gratię constantiam, sed summam quoque percepit consolationem. Ac certè cum paulo post a suo Patre reuocaretur, nunquam a Maria diuelli potuit. Tantum cœlestis gratia efficit in animo eriam tenero, quando semel illum occupauit.

Fortè aderat Paulus Amacusa, cum hæ litteræ traderentur. iisq; acceptis adit alium quendam fratrem nostrum, hunc vt diximus colloquium instituẽtem de martyrio cum quibusdam nobilibus, eique, remotis arbitris, in aurem dixit, quæ noua Fuscimo allata essent, ea nobilibus illis patefaceret, si putaret eos non conturbandos; sin secus, taceret. Tum ille: Mihi hæc cura incumbat: nam ita sensim rem instillabo illis, vt timori nullus sit futurus locus; nec restringam ardorẽ sponte ardentium, sed potius adaugebo. Paulus verò abiens reuertit ad Patres, qui in alia quadam domo versabantur, eisq; eadem nunciauit. Quo facto, amplexus Patres fratresq; non sine omnium lacrymis, abiit ad ades nostras, quibus excubitores erant attributi: nec aliud ibi expectabatur, quam vt licetores aduolarent, & omnes ad necem raperentur. Interea P. Organinus de omnibus certiorẽ reddendum putauit P. Viceprovincialem, cui scripsit in hunc modum: Epistola, quam ad R. V. nunc transmittimus, magnum & generale gaudiũ, tum pro ipsa, tum pro Reuerendissimo Episcopo, tum pro omnibus Societatis hominibus denunciat. Heri sub noctem Fuscimo venerunt litterę ad Mariam de Ciuan, a quodam eius nepote scriptę, in quibus habebatur, illo ipso die Gibonoscio a Rege mandatum, vt omnes Patres interficeret. Paulus Amacusa insolita quadam læticia exultans hoc nuncio cognito ingressus ades nostras dixit: Tandem Patres & Fratres carissimi tempus illuxit profundẽ di sanguinẽ pro illo Domino, qui amore nostri profudit suũ. Quo audito, magna consolatione cœpimus interioris hominis preparationi attẽdere. Quoad exteriorẽ verò, exemimus ex arcis certas tunicas, pallia, & lineas vestes cũ stolis, vt cum hoc habitu in theatrũ, velut germani Societatis filii, & veri Christi serui, ac diuinę legis prædicatores prodiremus. Tantaq; omnes incessit læticia a Domino cõmunicata, vt verbis eã nequeam exprimere. Ac sanè



agnoscimus hunc vnum esse effectum gratiæ, quæ contumeliosis  
 tionibus & sacrificiis, quæ P. N. Generalis & R. V. hoc reponere  
 diuinæ Majestatis gloriam pro hac provincia fieri curauit, impo-  
 trauius. Multo autem major ad hoc gaudium nostrum facta  
 accessio, dum animaduertimus, omnes hos quoque Christianos  
 paruos quam magnos paratos ad nos imitandos, & ponendos  
 pro illo, qui sua posita redemit omnes. Id modò verèbamur quod  
 alii quidam dicitabant), ne apud Deum indigni palma tam  
 riola haberemur. Omnes autem excelluit verus ille athleta  
 sti Iustus Vcondonus: Aderant quoque ibi alii generosi equites,  
 filii Genosoin, qui est vnus è quatuor aula præfectis, & minimus  
 filius, nomine Constantinus, hucusque à nobis non discessit.  
 præterea, & inter eos multi nobiles, continenter ad nos mittunt  
 epistolas & nuncios, promittentes se promptos ad succurrendum  
 nobis, vti Patribus & Magistris suis, quando opus erit. Magis  
 huius feruoris in istis neophytis partim attribuius sancto  
 cramento Chrismaris, quo paucis antè diebus à Reuerendissimo  
 Episcopo sunt consignati. Non possum hîc silentio prætere  
 re petitione Iacobi & Ioannis, qui opellâ suam præstant nobis  
 feruendo sacris. Hi enim quia firmiter decreperunt idè nobis  
 re discrimè adire, petuerunt à me in Societate nostrâ prius  
 ti: Quibus respondi, si contingeret eos mecum occumbere, fore  
 rum fore felicissimam: si non, me cum R. V. de illorum delictis  
 acturum. Hæc est summa epistola P. Organtini.

In regno Giamaco, quod vnus diei intervallo abest Mea-  
 vrbs Nara, in his regionibus per celebris, ob sectas diabolicas  
 in ea florent. Ad huius vrbs Academiâ mandato P. Vicepro-  
 uincialis missus est è fratribus nostris Vincentius, vnus ex opti-  
 concionatoribus & interpretibus huius provincie, vt plenius  
 ibi hauriret gentiliorum errorum noticiam, ac deinde de eor-  
 bus concionatores nostros accuratius informaret, atque in  
 lius mendacii magistrum omnes redarguerent. Dum verò in  
 studium incumbit, ecce affertur ad eum epistola, qua à fratre  
 stro quodam certior fit, si cum cæteris Patribus velit esse  
 ceptus martyrii, primo quoque tempore aduolet. Hoc nuncio  
 gnito Vincentius licet à natura pusilli & angusti animi, mox  
 se collegit, ac nulla mora interposita omnia sua ita componit,  
 prima luce sequentis diei præsto esse posset. Hospes id videns,  
 magno cum amore complectebatur, omnibus modis nititur  
 persuadere, ne Meacum antè se conferat, quam exitum cognoscit  
 tragædiæ: temeritatis quippe magnæ esse se in fauces mor-  
 immi-

immittere, quando facilè declinari possunt.

Frater gratias homini egit, pro singulari in se amoris affectu: eumque docuit, mori pro lege Christiana, quam annunciarer, nō modo non sibi vllum afferre fastidium, sed voluptatem animi tātam, vt beatum se reputaret, si pro ea sanguinem profundere possit: quoque notior esset sua professio, hoc majorem se meritum ignominiam, si omnes alii de Societate cum palma martyrii hac vita excederent, ipse verò solus in vita superesset, & alicubi delitesceret. Atque ideo, si Rex prædicatores Euangelicos morte afficeret, se meritò debere esse primum. Denique hospes, vidēs eum tam constantem in suo proposito, equū cū aliquot sociis, qui comitarentur, illi attribuit. Discessit itaq; summo manè, cū animo tam confirmato pro Christo vitam profundendi, vt quotquot in itinere milites occurrerent, eos sūi capiēdi causa extimaret emissos. Denique cū ad villam Meaco proximam peruenisset, post actas mille gratias, socios cum equo ad hospitem remisit: iter deinde suum persecutus sub vesperam duodecimi Decembris attingit Meacum, cumque rectā per medios excubitores rēdere vellet ad domum nostram, ab amicis impeditus est, & quasi vi deductus in ades, in quibus degebat P. Organtinus.

Hoc eodem die nunciatum est Patribus Franciscanis, Regem in ipsos mortis dictasse sententiam: qui eo puncto temporis præclare demonstrarunt, quantos in sanctæ religionis schola progressus fecissent: neque enim solū non mæsto animo hunc funestum nuncium excepere, sed ingenti gaudio cum quibusdam aliis Christianis ad mortem se compararunt. Quod melius intellexerit ex parte vna litterarum, quas Pater F. Petrus Baptista, Franciscanorum Commissarius Meaco, dedit ad P. F. Augustinum agētem Nangasachi.

Circundati sumus, inquit, intus & foris custodibus, & sententia mortis in Christianos nostros lata est: & ideo nomina eorum annotata sunt. Primo die, quo custodes nobis attributi sunt, confessi sunt de peccatis: sic vt totam noctem frater Franciscus & ego in audiendis confessionibus consumpserimus: nam ex primario quodam Christiano cognoueramus nos omnes postero die vita priuandos. Ante ortam lucem dixi sacrum Missæ, & communionem fratribus aliisque quinquaginta Christianis porrexi: arbitratus eam esse extremam: deinde omnes nos preparauimus, accepta in manus cruce, ad ponendā vitam pro Christo. Eo die ante prandium, multi Iaponii aduenēre, & per totam domum discurrere, & post eos quidam Gibonosciū Gubernatoris Meacensis

Meacensis Substitutus, educens secum Leonem, Paulum, Theobaldum, Venturam, & Gabrielem, nostros prædicatores, eosque detinuit. Ignoro, quis exitus rei sit futurus. Aiunt, quod vel tradidit nos, vel remittet ad Philippinas. Sed nos, gratia diuina adiuvante, paratiores sumus ad vitam deferendam pro Christo, quam ad repedandum in Philippinas, nisi ego tanto bono dignum esse sim. Frater noster F. Martinus eiusdem est animi & spiritus. Deus benedictus.

QUOMODO REX DECLARAVIT IN SENTENTIA CONTRA PATRES LATA, NON COMPREHENDI PATRES SOCIETATIS.

CAPVT IIII.

**D**VM nostri cum cæteris Christianis in singulas hæreticas præstolantur ministros iustitiæ, ipsamque mortem. Dominus noster arcano suo consilio in cor Gibonosiorum efficaciter desiderium liberandi Societatis homines, coram discipulos: & ideo sponte, a nemine nostrorum aliorumve impulsus, ad duodecimum Decembris diem Regi locutus est in hæc sententiam.

Hæc Excellentia V. mihi mandavit, vt de medio tollerem omnes Patres: nunc aueo cognoscere, quos nomine Patrum comprehendat, num illos quoque qui cum naui Lusitanorum aduenere, & si placet, rationem quoque noxæ ab iis commissæ publicè præscribat. Respondit Rex: Nescis tu, ab illis hominibus, qui cum naue Tozzana appulere, Hispania subjugatum esse Mexicam & Philippinas? Iam, vt eadem via & ratione Japoniam in suam redigant ditionem, præmiserunt hos suos religiosos, ad explorandas has regiones, & deuinciendos sibi per prædicationem populos, deinde secuturi cum ingenti & valida classe, vt per antea subornatos sequaces Christianos aperto Marte omnia regna inuadant. Decem iam anni exacti sunt, quod legem illam prohibentur; & illi de Societate meo edicto parent, unde ergo hi noui homines prodeunt, & prædicare audent, quod nolo, & statum Japoniæ euertere & labefactare? nunquid hoc patiar? Respondit Gibonoscius, iustas esse suæ Excellentiæ rationes, ac verum esse, quod de Societatis Patribus dixisset: addens præterea, ex industria, alia quadam, quæ facerent ad mitigandum Regis animum in Societatem. Quoniam igitur Taicosama tunc apertè demon-